

PANTALEONI CANDIDO Salutem D. Parens.

**. Scis infelicem esse *πρόβλεψαι*, quā juvenis hoc fere tempore ab imis ad summa magnis saltibus fertur: unde plurimi pro verā solidāq; eruditione vix umbram ejus consequuntur. Et mihi quā cum hac peste scholarum hic perpetuum est bellum. Metuo imentem barbariem: Timeo Ecclesia et posteritati, quā vix habitura videtur homines idoneos ad tuendam sanam doctrinam condamnatos Sophistas, qui nunc passim in Ecclesia dominantur. Hæc hoc studium omnes debemus juventuti, ut non nisi mediocriter instructam habitibus organicis extraneis pedagogica dimittimus: sed mitte hoc *ἀλλόλογον*. Oremus Deum, ut in his Ecclesiarum et scholarum ruinis servet reliquias, defendat pios Principes contra Satanae furores et astus, restinguat incendia bellorum, quæ propè in conspectu nostro exardescunt. Compescat se diliosos *Συμμάχους* qui per Germaniam classicum contra nos canant. ne dicant, devoravimus eos. Ille luminum et misericordie Pater Te, Vir clarissime, cum familia et Ecclesia divina servet incolumem, et sanctissimis laboribus tuis cunctatissimè magis ac magis benedicat. Vale Heidelbergæ Nonis Junii Anno 1592.

D. Isaaco Ramero Salutem D. Parens.

Cede mihi, mi Isaace, non recordia, vel quod minus juvenis tuas haberem, hætenus me nec tibi nec D. Hexamero respondisse; Scis, quæ me quotidie occupationes distineant, et præter has molestissimæ scriptiones mihi incumbant, quæ quicquid à scholastico labore vacuum est temporis, suffocantur. Habitis ergo veniam, quod expectationem vestram silentio sefellis; Interim, quos mihi commendastis juvenes non admisi solum ad exercitia scholæ nostræ, sed et honorari soles ad alacriorem cursum, et certè gratulor vobis, quod tales advocetis, et ad nos potius quasi obsides fidei vestræ et consen-

stra et consensionis in veritate cum his Ecclesijs mittatis, de 1592.
 quam ad stabula ubiquitousa, ut à porcis vastatoribus nil nisi
 sanam doctrinam grunnire, et pacem Ecclesiae turbare disant.
 Cui vero tu in commendatione hujus scholae nostrae et meorum
 laborum modum excedis, nec ego eas, quibus me cumulas, lau-
 des in me recipio: tamen et grata est mihi benevolentia
 tuae significatio, et hoc ipsum in virtute tua pono, quod
 te unum ex iis esse ostendis, qui beneficiorum qualicum-
 que memoriam retinent non ingrati. Vultus no-
 strorum alumnorum tanti non facit commoda sua, sed
 ferè duram et acerbam sibi vitam ducunt, multi non
 satis intelligere volunt, nec aduici se ullis rationibus pati-
 untur, ut cogitent, quid hic agant, otio et cibo alieno
 diffuentes. Tes dabunt hi et Deo et sibi aliquando poenas.
 * *. D. Junius ex Academia in Gallias abitum nunc
 parat. Ei succedit D. Kimedoncius, et huic D. Petrus Sala-
 ming, Professor olim Wittenbergensis, qui ex naufragio
 recens huc appulit. Misera est ibique locorum Ecclesiae
 perturbatio, duobus illis fortissimis Principibus, Saxone et nostro,
 fidissimis papasistis, seu Satanae fraude, seu nostris ita
 merentibus peccatis, è medio sublati. In Silesia etiam passim
 ejiciuntur Orthodoxi Ministri: crescit furor vulgi in
 amplexandis ac tuendis superstitionibus avitis: ideo passim re-
 deunt spectra Diabolica, et mirè homines exagitant. Acci-
 pi nuper longam et tristem historiam de Diabolo Stri-
 gensi, qui tantas in urbe concitat turbas, ut de eà deferen-
 da cives cogitare cogantur. Redeunt homines ad vomitum:
 defendunt exorcismos. Adest ergo Satana cum septem deterio-
 ribus, ut habeat materiam exercendae artis suae. Horribilis
 noctis haec sunt praesagia. Nos oremus Deum, ut avertat

tenebras et ambulamus in luce dum tempus est. Vale Mi
optime. Isaac cum familia et Amicis; quos ex me saluta
bis officiose. Heidelbergae Nonis Junius 1592.

217/

D. Davidi Pareo

S. Reverende ac Doctissime Domine Parée. Accipi
hisce nundinis Francofurtensibus literas ab Amico meo
singulari D. Doctore Reidano, Ministro verbi Dei in
Gundersheim: in quibus mihi significat, adfuisse te sibi pri
terioribus diebus, seque tibi tradidisse Disputationem meam de
Justificatione, qua tibi admodum probetur. Adidit eti
am me abs te amari, licet de Ramo non nihil adverse
ris. Quia quum ita sint, putavi me rem tibi gratam fa
cturum, si literis apud te testatum facerem, me valde
gaudere de consensu nostro, in praecipuo doctrinae Christi
anae capite. Et ne suspiceris, me propter Logicam illam
nostram dispensationem animum à te alienum gerere, pla
cuit tibi mittere symbolam meam erga te benevolentis, ve
lumen quartum analysium mearum in Epistolas Pauli
nuper editam: in cujus prefatione sententiam nostram
de controversia illa in justificationis doctrina, questione
breviter expono. Ne quã velim, ne graveris tuum ad me
judicium perscribere. Ego interim Deum oro, ut lucem
veritatis in hac doctrinae parte magis magisque, dispulsi
sophismatum tenebris, apud orthodoxos Doctores accendat,
ad gloriam nominis sui et Ecclesiae edificationem Amen.
Vale mi Parée et prima quãque occasione, nisi molestum
erit, ad has literas rescribe. Herborn. 29. Martij. 1592.

Tuus

Johannes Piscator.

(Carissimus)